

CANCELL:
MARTIS B:
. 1.7 17:.



oo Da



Polyhistor Barbaricus

cum mantilla

ex transcendentibus Catullianis

Philosophia & Bonarum Artium Magistris

IN ACADEMIA LIPSIENSI

RECTORE MAGNIFICO

DN IO. GEORGIO ABICHTIO,

SS. Theol. Doct. & Orientalium literarum Prof. Publ. Ordinario,

PRO-CANCELLARIO GRAVISSIMO

DN. CHRISTIANO FRIDERICO

BOERNEO,

SS. Theol. Doct. Græcarum & Sacrarum Literarum Prof. Publ. Fac.

Phil. Altesf. Maj. Principum Collegii Collegiato, Academiæ Bibliothecario

& Nationis Bavaricæ Seniore,

DECANO SPECTABILI

DN. IOANNE SCHMIDIO,

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. extraordinario, Eloquentiæ ordinario,

Facult. Philos. & Collegii D. Virginis Seniore, & alterius Præposito,

Alumn. Elector. Ephoro & Academiæ Decemviro,

Viris summe reverendis & excellentissimis,

III. Id. Februar. Anno a condita Vniuersitate CCCIII

id est, Salutis MDCCXII

consueto publicæ solennitatis ritu renunciatis

per fufum in auguftiorem gratulationem carmen

dicatus

JOH. HEINRICO ERNESTI, Poës. Prof. Publ.

LIPSIÆ, Literis JOH. ANDR, Zschau.



AD
LECTOREM BENEVOLVM
DE
TITVLO CARMINIS
POETA.

TRadimus in sophicos quod sic tibi carmen honores,
Ex duplici titulo nomen habere vides.
An, quæ, non dubito, placitura, scientia signat.
Plurima res grata est mente tenere bonis.
Sed nec barbaricam fas est contemnere vocem.
Præsentes mundi res iuvenumque probant.
Notitia in pubis magis haud est pectore pulchrum.
Post pulsum Agnoeæ sed venit ista situm.
Turcicus exfurgens furiosa in bella tumultus
In pacis dulces desunt omnis opes.
Et qui commisit Gallis Mars foedere iunctos,
Arma etiam claustris condere sumta parat.
Quæ tamen his possit niti fiducia pactis,
Vel ratio ambiguum temporis esse iubet.
Sed nunquam, iuvenum si cognita dogmata, fallam,
Barbariæ exitium perpetuum esse putem.

J. N. R. J.



V fuerant, Charites nulla queis, secula, cultas
Doctarum mentes rerum, linguasque tenebant;
Multo habita est etiam in pretio non pulchra poësis,
Verborum afficiens non ullo pectora cultu,
Nonque pedum rapiens mensuris lumina iustis,
Se Paradis sensu victuram fulgure forma
Absurdo raptas credens & fulmine tadas,
Auri verba sonis si finirentur iisdem,
Qua vel dimidii videas in limite versus,
Juncta duplex vel queis sermonem linea claudat.
Ex hac barbarie sed pulchra scientia surget.
Namque seram, versus isti quod cuncta docebant,
Mens studiosa Dei quod vult, studiosaque juris,
Reddendaque agris medicorum ex arte salutis;
Grammaticus quod vult, quod vult, quem Græcia pascit,
Et queis Teutonice dant oblectamina Musa,
Quosque ex historicis ducit narratio campis.
Inveniet logicus sua, dicendique facultas,
Inque suo servat quicquid natura recessu,
Abdita spirituum quicquid doctrina revelat,
Artibus ex multis omnis constansque Mathesis.
Nonque etiam obscurum fuerit, componere mores
Ad legem ut liceat, præset quis munera civis
Veri, & quis domui præsit cum laude regenda?
Quin sic in vincetis verbis quid Musa, patebit,
Contineat, Musasque Deus qui ducit Apollo.
Quippe novos visum est sic laude ornare Magistros,
Ut capita accipiant dictarum singula rerum,

Notitiam in docti mundi qua transferat, unam,
Præstiterint ipsi quid, promittantque Patroni.
Barbaricosque adeo mens est monstrare lepores,
Foedis extractum purumque ex sordibus aurum.
Vos, qui Pansophici regitis solennia festi,
Parnassi Proceres, jaetandaque Numina Pindi,
Et qui magnificis vibras tua pondera sceptris,
Martisburgiaca & partes qui dirigis arcis,
In Sophico & qui dux & qui caput ordine fulges,
In juvenum & quotquot scit as inquiritis artes,
Haud facile accipitis rebus quod dignius istis.
Innumeris dudum meritis nam tangitis astra,
Seu linguarum insunt Veneres, seu robora rerum;
Sed postquam moestis varia squaloribus exit
Doctrina, inter quos latuit tumulata, venustas.
Continuasque adeo res extollendus Ebraas,
Quas quondam ex fumo dempsit Reuchlinus, Abichtis
Exundas Græca, Boerneræ, in flumina suadæ,
Obruta perpetuis condi quæ noluit umbris
Gaza tuas per opes gaza & Trapeuntius ingens;
Tullius esse recens & si queat esse Melanchthon,
Ipse, Schmidti, poteris multos aquare Philippos.
Et sic sumta, Hardti, per transcendentia fulges,
Sic faxque in Logicis visis, Ludovice, fereris,
Non ex obscuro sicut Vasquetzius evo,
Prisco orbi hinc sed quem celebrata Stagira paravit;
In Te Laymannos, Schelli, jam Grotius abdit;
Dumque Mathematicis spargis nova lumina stellis,
Eucliden, Juni, præstas Keplerus aditum.

CHRI-

CHRISTIANVS *Gottbold* LAURENTI,

Wehl. Misn.

Thesis.

Mors omnibus imminet.

Versus Barbarus.

Dum tumulum cernis, cur non mortalia spernis?

Tali namque domo clauditur omnis homo.



Principium sistit non facta locatio finem,
Nobis laudandus qui ferris. Nomina sed si
Intuear, fuerit, liceat cur scribere mortem,
Laurenti? Te nam signat Laurentius, orbi,
Martyr, quem iussu dempsit mors ignea, coetus
In Domini ediderat qui tetrica facta, tyranni.

Quin & qui varias discit feliciter artes,

Abjiendarum mors est certissima rerum.

Sic lethi exemplo *Genitor* Te sumere mores
Jusserat, in patrio mors cadentissima templo.

Cum patriis operas conjungunt *Langius* ausis

Heidelerus studiis privis & *Genesebius*, orbis

Venturo decori nascentia nomina, Moestas

Vt sic exurgas in res voluere Lycei

Pirnenfis Proceres, cui cuncta occumbere gaudes,

Thymius, & frugis falx non fugienda caduce,

Grützius. Afranus pergit post cadere Pindus.

Heu mihi quam cades magna est *Kirstenius!* Implet

Sanguine fuso amples, fratoque cadavere campos

Stübelius. Lectis affixos confodit ægros

Schreberus. Stantes ex montibus abjicit altis

Silligius. Nex est quin *Kauderbachius* undis.

Non ætati ulli post istos Lipsia parcit.

Delet provectos multos *Cyprianus* ad annos,

Qui cadit inque senectutis *Dicelius* horis.

In medio nex est non mitis *Abiehtius* ævo.

Annis consumpta est *Boernero* florida pubes,
Schelliada pereunt multi per iubilata festi,
 Obtingitque etiam moesta inter funera funus.
 Ad regum surrexit uterque *Olearius* aulas.
 Omnia non facilem *Schmidium* per rura videmus.
 Et durus miseris *Güntherus* habetur in urbes.
 O mors! Sed tu sic, *Laurenti*, vivere discis,
 Quando mortales virtutibus imbuis haustus,
 Post fatumque tenes famam æternamque salutem.
 Porroque id præsent *Schmidius* fons vividus *Hæmi*,
 Exque *Jacobi* oris gens fulgida sanguine cunctis.

JOH. GERHARDVS *Stöckhard* /
 Putzkavia Misnicus.

*T*hesis.

Post mortem desinit dilectio.

Versus Barbarus.

Post mortis morsum vertit dilectio dorsum.

Falsum est, post mortem quod porro haud carus habebis.
 Quem quondam eximio fovit Putzkavia cultu,
 Divini, *Genitor*, verbi, *Stæcharde*, ministrum,
 Præter lapsi anni finitur funere cursu,
 Paulo ante extinctæ Genitricis fata sequutus;
 Non minus, ante velut, sed duravere faventes.
 Longa ante exhibitos affectus scriptio sistit.
 Primaque enumeras *Musas* ætate *paternas*
 In Te propensâs. Te *Gorlitiensis* amavit
 Post has *Parnassus*. Magnusque hic *Heinckius* ardet
*Hauffiades*que fuit, tuba *Mullerus*que docentum.
 Portenses post hos *Proceres* incendia præbent,
Mullerus fato nunc subterraneus ignis,
 Inter viventes *Hartmannus* fervida stellas,
Besserus templis focus ex æliosisibus unus.

Heide-

Heiderus docti fax accensissima furni,
Schrammiades calidæ vis urgentissima prunæ,
 Fumus adhuc cryptæ *Blurenröderus* in aris,
 Semper habensque novæ *Weidnerus* pabula flammæ.
 Sed quis *Lipfiacos* narrauerit ordine motus?
 Panfophico acceptum fovit Te *Crellius* usu.
 Penderis *Ernesto* pluris, quam *Lesbia* vati.
 Historico gremio sumtrum *Menckenius* abdit.
 Adstringit *Logicis* raptum complexibus *Hardus*.
Pfautzius in tumuli nondum obliviscitur urnis.
Lehmanno in *Physico* & *Cypriano* pectore pendes,
 Continuata & quæ sacrarum affectio rerum?
 Diligere ante obitum seu *Selignannus* averet,
 Seu vivus stimulis *Schmidius* durantibus instet.
 Seu non flectatur multis *Olearius* annis,
 Constet sive alius florens *Olearius* ætas,
Rochbergeri etiam stabilis seu gratia pergat,
 Thomæ studium seu sit *Carpozivius* ædis.
 O nondum ob mortis cessans dilectio casum!
 Nunquæ equidem firmat præbens Tibi Phœbus honores.
 Sed plura evenient. Fuerint nam tempora, per quæ
 Quas operas, dabitur, præstes, Ecclesia poscit.

JOH. HENRICUS HILDEBRANDUS,

Meserizensis Polonus.

Thesis.

Absinentia servandæ sanitati conducibilis.

Versus Barbarus.

Esse cupis sanus, sic tibi parca manus.

VT serves sanum provecta ad tempora corpus,
 Quod nimium, arcendum est medicorum ex jussibus à te.
 Hæcque equidem in vario vera est sententia casu,
 Præcipue ad multos sed vitam adduxeris annos,

In consumendis si non sis prodigus escis ;
 Vivax extiteritque etiam mens condita membris
 Corporeis, nunquam vitis si copia mergat ;
Hildbrandi, appares ipse ut vegetissimus esse.
 Fæda modi in patria visa est violatio iusti.
 Præstatque infestum densata in fercula pectus
 Inter confertas varii parcissima Phœbi
Sencklerus dapibus doctis assessio mensas.
 Ipse *Parens* patriæ vates primarius urbis
 Vidit post istum dextram dentesque modestos,
 Victum apportaret seu mollem humanior orbis,
 Durior in sophicis lanx staret sive tabernis.
 Mox contenta citæ parvo obstat Lipsia morti.
 Ut veri valeas addiscere dogmata sciti ;
 Restique in corruptores defendere verbi,
 Clara ex œconomis *Güntherus* portio cœli,
 Et *Schmidius* Domini curans triclinia monstrant.
 Sed stomachum coctis sic conducentibus implet,
 Et ne te vitient sic assa nocentia, vitas,
 Dicere quis populo liceat salvantia verbis,
 Regula *Weneri* fuit ædis Suada recentis.
 Cautio sique cibis est ne pinguedo negetur,
 Debita neve modum turbantia aromata lædant.
Starkius, ex aliis quæ transmittuntur ab oris,
 Vadit in Eoo prudens dum climate, damnat.
 Res cupido varias animo *Jenichius* indit,
 Ne tua multiplici perdantur tempora factæ.
 Neve loco injusto comedas, neu tempore falso
Funckius exactæ mensura Matheos urget,
 Quum placet, Vlmensis, quumque haud, nunc fabula templi.
 Lausque equidem est, sumta in patriæ per rura furentem
 Incolumem fervent quod te medicamina pestem.
 Sed laudabilius mens integra crimina cavet.

DANIEL Rosenfeld / Lipsiensis.

Thesis,

Honestis mediis opes congerenda sunt.

Verfus Barbarus.

Qui male lucratur, male perdit & annihilatur.

NON male cantandis Tibi opes accommodo partas
 Laudibus. Æternis meritis obstrinxerat orbem
 Nam tractata omnem gens per commercia dudum
 Mercurii decus excellens & nobile foenus.
 Lucra nec infestis bonitati exartibus aufert,
 Sed natura probat, mandant quas scitaque mundi.
 Et, *chare*, hos servas etiam, dum munera fumis
 Musarum, mores. Non est te ditior ullus
 Doctrina. Toto sed & haud reperitur in Hæmo,
 Quem tua laudando multet deceptio luctu.
 Nunc Hertzbergenſi Præful *Bosſeckus* in arâ,
 Suadaque *Loepperus* gregibus Pomeranica sanctis,
 Privatas indunt sine labe & fraude *Camoenas*.
 Ad *Niclai* ædem haud vexat fallacia mentem.
Crellius eripuit nil, sit metuendus ut hamis.
Dreslerum haud vidi læsis ditescere pactis.
Pezoldusque dolo non fit, non *Schöwarzzius* ater.
 Quæstibus indulget titulis post *Ziza* colendis.
 Aularum fiscos modicis, *Gleitsmanne*, tributis
 Farcis. Dum parcit *Ketnerus* sumptibus, auget
 Possessa. Exercet manuum *Lanavius* artes.
Crammerus panſis loculos completque tabernis.
 Justitia hicque etiam *Ludovicus* coelica templi
 Hospitium præbens pretio rem comparat æquo.
 Lipsiaco existit non immaculatio alter
 Mercurio. Non est justæ corruptio mercis
Hardtus. Non vitiat bona vina *Olearius* undis,
 Panſophicis vincens dulcissima *Cæcuba* prelis.
Berndius haud falsat, quod lex vetat, ære monetam.
Barthius haud tradit, vendit quum serica, linum.

B

Lipsi-

Inprimisque sacris nulla est fraudatio rebus.
 Non *Boernerus* habet parvam aut *Olearius* obbam.
 Non odiosus erat *Schmidius* fallentibus ulnis.
 Pondere *Güntherus* versat commercia sancto.
 O quam proficua est damnanda absentia fraudis!
 Conciliantque equidem, male quæ quæsitæ, ruinam.
 Sed roseos pandunt Tibi pura negotia campos.

CAROLUS Gottfried Winckler / Lipsiensis.

Thesis.

*In modestiam impingunt, qui vestibus ignobilioribus induuntur, quam
 conditio ipsorum exigit.*

Versus Barbarus.

In viliveste, nemo tractatur honeste.

Angulus est, quo te concludi nomina signant,
Wincklere. Ergo tuis quadrat contemptio factis,
 Qua parvi, tenui, fiunt, qui veste teguntur.
 Namque isti abstrusa neglecti sede locantur,
 Quotquot non dignos censemus honoribus ullis.
 Causa hac judicio sed non culpandus iniquo es.
 Nobiliore viget gens urbis splendida censu.
 Hincque etiam fortem nunquam infitiatu amictu,
 Non quod vani equidem jactat velamina luxus,
 Aularumque tegit fortunam purpura civis,
 Abjecti, sed quod perspectum est, spernere sensus
 Sorditiem, media rationeque posse putari,
 Iri ut non videas habitum, nec regmina Croesi.
 Sicque etiam incedis gratus, *Wincklere*, per *Hæmum*.
 Quotidianum, ornat dum Te, spectavit ad usum
Crellius, ut sumat non fœtens prandia cultus,
 Qualis conveniat, cupias si visere cellas,
 Aut victum domui curans intrare culinam.
 In quali manuum exercet vir gnaviter artes.
 Et quales merces vendentem haud dedecet urbi.

In quali accipiat venientem Curia Conſum,
 Pallia nam decorent, lumbis accinctus an enſis,
 Te inporibus mœſtis velat *Menckenius* artus,
 Sic Cilicum pungunt lugentia corpora villi.
 Sic ruptæ tunicæ, toga ſic diſcincta placebat,
 Turpia ſic non ſunt, cinerum quæ pulvere ſœdas.
 Sic rubeos pellunt femoralia fuſca colores.
 Læta *Oleariade* pulchrum ſolennia ſiſunt,
 Fercula mirantur pretioſum & pompa triumphi,
 Non ſine luxuria celebrantur ſacra colenda,
 Surgenti Domino, ſeu nato Eccleſia pandat.
 Non cœli infantes tingis ſine luce lavacro.
 Splendensque egregie titulos aſſumis honorum.
 Exitio extiterat ſibi, qui regalibus intrans
 Illuvie opprobrio fuerat pædoreque tædis.
 Sed nil tu metuas Satis apparebis honeſtus,
 Quæcunque ad ſe Te nitidum genialia poſcant.

CHRISTIANUS HEINRICUS KOEPPHUS,

Horburgo Miſnicus.

Thēſis.

ſeipſum vincere maxima eſt victoria.

Verſus Barbarus.

Vincere cor proprium plus eſt, quam vincere mundum.

IN rebus, *Kæppi*, multa eſt victoria dandis.
 Nam, quæ Te genuit, Patria altas ingerit arces :
 Quique artes docuit Martisburgenſis Apollo,
 Quæ nulla evertat vis, propugnacula jaçtat.
 Ipſe tui quin qua ſuperasti ſpicula ſenſus,
 In Te doctrina ſumta municio ſtructa eſt.
 Contra Te firmat *Genitor* Tibi peçtora primum,
 Ante Horburgenſis turris fortiſſima cœtus,
 Nunc Sceudizenſis prima obvallatio templi.
 Robuſtum fecit poſt iſtum Martiſ in oris.
 Nunc Hamburgenſes *Hæbnerus* foſſa per artes,

Atque in Te pugnans equidem *Bonickius* heros,
 Sed nunc in proprio prostratio foeda sepulchro.
 Imo haud deiecit Tibi robora Svecicus horror.
 Namque acceptum ad se rursus metuenda *Parentis*
 Cura novis quondam jam sumtas viribus auget.
 Sicque adeo egregie vincentem Lipsia vidit.
 O mihi quam carnis pellit *Treuerus* amores,
 Guelpherbytani jam casta accensio Pindi.
 Delet delicias oculorum, opulentia mentis
 Qui sunt, *Mulleri* & *Cypriani* industria, gazas.
 Sensus *Barnerus* placidis, humilique modestus
 Dimicat in fastus status ex sede superbos.
Schellade ex armis verba aufert garrula caedes.
 Lædere ne credas linguæ mel, *Langius* obstat,
 In proprium obsequio fido laus maxima Regem.
 Alterius quæ sunt, cupias ne, *Menckius* optat,
 Ne meditare, caver. *Pfeifferus* tollere vitam.
 Neu mente attrices famam, *Carpzovius* urget,
 Illæsum præstat Numenque ita *Schurzius* ipsum.
 Naturæve putes fieri ne viribus istud,
 Flaminis auxilium curant, verba enthea, sancti,
 Dum dant, afflatu *Güntherus* Numinis actus,
 Impulsuque Dei non parvo *Olearius* ardens.
 Hisque modis, vel queis contingit frangere Gallos
 Hactenus, exsuperas, *Kappi*. Nam vincere terras
 Parvum est. Innatos grande est cohibere tumultus.

CHRISTIANVS Gottlieb Meinig / Lipsiensis.
 Thesis.

Chronologia malefactorum.

Verfus Barbarus.

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum.

*Per damna enim dierum post alia intelligenda sunt etiam mala
 facta, quibus tempus perditur.*

M*Einigi*, in Te se cantanda Mathemata siltunt.
 Ante duos cingunt annos quem munera Phoebi

Egre-

Egregie studiis *Frater* laudatur in istis.
 Et quas ante alias fervens ipse excolis artes,
 Sic colis, ut deceat non trita encomia ferri.
 Nolo Mathematicos investigare recessus
 Sed cunctos. Tetrus vitiis qui tempora perdunt,
 Virtutem illorum tradam Tibi schemate partam.
 Et sic doctrinam accipies, quæ tempora censet.
 Ad Niclai ædem patriæ Tibi damna Lyceum
 Prodit principio detestaturque dierum.
 Inque odium adducit se lassæ ignavia mentis,
Crelliade asfiduus format dum pectora fervor,
Pezoldus nunquam sine sedulitateque visus.
 Sedibus ex patriis invasio miserat Halam
 Sed Te Suecorum. Martisque hic vulnera discis.
 Non causæ ex merito sic tractaque bella ferebat,
 Quem multa in tractos laus fert *Thomasius* annos.
 Evacuata legit pressi marsupia civis,
 Qui juvenum nummis animos *Gündlingius* implet.
Rüdgerus deslet consumtas ignibus ædes.
 Sævitiæ hædere haud mallet *Cellarius* armis,
 Duritie solo notus nunc pulvere cryptæ.
 Lipsia depromit placatæ incommoda pacis
 Post discessum hostis. Versumque in viscera civis
 Fert *Hardius* ferrum & *Schmidius*. Vesania Bacchi
Boerhero dolor est. Rerum nimiosque canentum
Sbelliades damnat, damnat *Pfeifferus* abusus.
 Mollitiæ luxur mollesque *Olearius* haud est.
 Non una ob ruptas Gissa est narratio leges.
Majus contemptum memorat pietatis ut erque
Rüdgero in cives recte non consultit aula.
Langiade affectu fora muneribusve laborant.
Bürckleri complent errata domestica libros.
 Ex tot collectis sed commoda lueraque portas,
Meinigi, damnis. Vixque affirmavero, quæstum
 Quod tantum ipse omni faciat *Cyllenius* astu.

JOH. CASPAR Gottschalck / Vratislavia Silesius.

Thesis.

Ratio humana voluntati divine subjienda est.

Versus Barbarus.

*Omnibus in factis, peragendis sive peractis,
Debet preponi Deus humane rationi.*

Dicitur iste Deo verus servire minister,
Cujus præsertur rationi æterna voluntas,
In Te, *Gottschalcki*, hoc quadrat. Nam nomine præsers,
Qui Domino servit. Longe inferiora videntur,
Quæ fixere homines, divinis, enthea, scitis,
Qui consulta, Patri, Breslæ declarat in æde.
Per totam in sensus vitam ipseque ducetis istos.
Non minus, ut *Pater*, exemplo præceperat illud
Eusebicus, *maternus Avus*, præstabile pondus,
Nimschius. In patria præponunt coelica visa
Rex Magdleneo sibi *Kupsenderus* in Hamo
Perfvasis, isti Phoebo sociataque Pallas
Stieffius, ex Pindo *Darschizkyadesque* Minerva
Elisbethano, vel charum in amore fororis
Nomen. Sicque etiam censent post æthera terram
Leubcherus, *Titius*, sublimeque *Poblius* astrum,
Faxque Mathematicis & lux *Wechtelius* oris.
Non in scripturam pugnabat *Krantzius* ex se,
Elisbethanæ præstans directio pubis,
Cognato exque choro lumen *Bræstedius* ædis,
Imprimisque fide magnus, meritisque verendus,
Ex urbe Eusebie *Neumannus* maxima cuncta.
Lipsia postposuit post hos durantia fluxis.
Cedunt *Günthero*, cedunt mortalia *Abichto*,
Nil *Oleariade*, *Schmidio* nil terrea suadent.
Non *Rechbergerum* juvit, quod cogitat ipse.
Menckius ad Dominum vadit, *Ludovicus* & *Hardus*.
Verbum *Boernerus* Domini & *Carpzovius* urgent.

Abji-

Abjice, *Sieberus*, tua sensa & *Schützius*, inquit,
Berndius, abjicias, poscit, vult *Fanccius* ista,
 Exigit *Ortlobius*, *Griebnerus*, pulpita ducens
Batnerusque sui ad non falsa oracula Pindi.
 Quam sensis istis, sacro de fonte levarunt
 Qui Te, *Seilerus* gaudent & *Görzius*, in Te
 Prona ex Illustris Patriæ Ordine Numina Patrum!
 Quin etiam Deus ipse probat, cui regna manebunt,
 Capta sub obsequium fidei qui pectora tradit.

JOH. CHRISTOPHORUS Lehmann/Gœdav, Misa.

Thesis.

Nobilitas generis & virtutis.

Versus Barbarus.

*Filius ancille moratus plus valet ille,
 Quam regis natus, qui non est morigeratus.*

Crederis à Domino mihi fumere prædia feudi
 Non, *Lehmann*, fide fluxa occiduave vasallus.
 Nobiliore homines tales ex ordine sed sunt,
 Teque etiam ex meritis generosis carmina laudant.
 Divinum ex labiis fugit Gandavia Patris,
 Ad cœli quando ducenda palatia, verbum.
 Dndumque ostensum est, mystas hoc nomine ferri
 Æthereas Domini sanctos & sorte per arces,
 Quo per mundanos portat celebratio tractus,
 Quos Regum ex vulgo Comitumque insignia demunt.
 Sed non nobilitant naturæ munera tam Te,
 Quam, Tibi quam peperit non fracta industria, virtus.
 Principio fausto plebejo ex pulvere surgis,
 Dum Budissinus Musas ingestit Apollo.
 O mihi quantorum quanta atria pandit avorum,
 Non vulgare rosis numen *Rosebergius* abdens!
 Non inter virides *Grumwaldus* flaccida sylvas
 Herba, atque ex bellis titulos qui *Jensschius* aufert,

Interque heroum præstans certamina fatis
Wagnerus victor fortunatisque quadrigis.
 Admovit propius magna ad subsellia pectus
 Afra. Atque hic galeam plumis *Kirstenius* ornat.
 Magnus eques gladios equiti *Strübelius* aptat,
Schreberi exemplo vibratur lancea palmis.
 Exultare jubet Te *Silligiusque* caballis.
 Indicia exhibuit tandem sed Lipsia cuncta.
 Aspicit illustrem gemmis illustrior *Hardtus*.
Schellius excelsum tenet & *Cyprianus* in ore.
Boernerus celebrat, celebrat *Schmidiusque* potentem,
 Augustis verbis *Olearius* hæret uterque.
 Invictus verbi pugnat *Güntberus* in hostes.
Schützius excellens templo & *Carpzovius* audit,
 Claraque lux variis studiis *Pfifferus* habetur.
Lehmann, hoc pergas cupiam illucescere censet.
 Abjecto & fiet quando Te præferet orbi
 Leucoreo vertex juris *Bergerus* in Hæmo,
 Conforum *Boernerus* apex iplendensque per Aulam.

CHRISTIANUS THALMANNUS, Tenstadiensis.

Thesis.

Vita aulica non tuta.

Versus Barbarus.

Vita palatina dura est, animæque ruina.

Item

Gratia magnatum nescit habere statum.

LAndo, quod abjectis, *Thalmanne*, in vallibus hæres.

Namque per excelsas regnant discrimina turres.

Inferiore locant nec Te modo nomina sede.

Calibus in cunctis mens subjectissima visa est.

Non Hæmi in patria placidus sublimis Apollo

Conatus parvos animo *Postlebius* indit.

Surgentes Charites muleum non ducit in arces

Gra-

Gratia de leni *Bertuchius* una recessu.
Kochiade potius cantantia puncta placebant,
 Quæ facili, forti quam quæ sonuere tumultu.
 Prima elementa ferunt dumque *Ittersbadius* ad Te,
Meelhardusque, locis gaudebas vivere pressis.
 Lubrica quare aulæ dicenda palatia celsæ,
 Causam Porta aperit. *Constantia* sensa negabat,
 Principibus constans *Hartmannus* gloria Phoebi.
Bessero pietas perimit deperdita multos.
 Invidiæ *Heiderus* metuit conamina. Pejus
Schrammiade telis nihil assentantibus obstat.
 Pestifera haud paucos *Majo* obtrectatio lædit,
 Ambitio noxa est *Weidnero* pessima rerum.
 Enarrat miseros ex ordine *Lipsia* lapsus.
 Carcere concludis duro, *Cypriane*, cadentes,
 Panfophici quondam liberrima mansio fundi.
 Exilii multat fugientes cladibus *Hardtus*,
 Munera Panfophicus possessa *Olearius* aufert,
 Turbo est, qui vertit fortunas, *Strausus*, omnes.
 Naufragio absorbet pleno *Boetnerus* honores.
 Luciferum ex cælo spectat *Goesgenius* ipso
 Decidere, & meritis non paucis dignus *Abichtus*,
 Si fas, perpetuo *Pindi* qui sceptrâ gubernet.
 Arbore *Güntherus* suspensum vidit Hamanum.
 Mendicusque fuit pulsus *Belisarius*, orbis
 Plumtum, *Oleariade*, cœli qui vicerit auro.
Thalmannique adeo læti gaudete Parentes,
 Parvæ equidem at rectæ virtus sutoria fortis.
 Ad majorem humiles famam vos filius effert.
 Quippe premit qui se, Domini exaltatio promit.

JOH. Gottfried Riemschneider/ Martisburgensis.
 Thesis.

*Principis protectio submississima semper subditis veneratione
 colenda est.*

Versus barbarus.

Arbor honoretur, cujus nos umbra tuetur.

IN praefectura patriæ laus integra cultæ,
Riemschneidere, Pater Dominum devotio terræ
 Candido amore colit sancta obsequioque fideli.
 Turba ergo officium Domino quod subdita præstat,
 Sume, datis dum mens præconia tradere fertis;
 Præcipue, his studiis mens imbutissima quum sit.
 Ad virtutem istam privi attraxere Magistri,
 Nunc quem, *Boergerus*, sequitur *Koetschavia* vatem,
 Quedlinburgenses Canonesque ad coelica qui nunc,
Lanius obsequia illustri perducit in Aula.
 Ad res has vigilat Martisburgense Lyceum.
 Impensis cujus licuit producere vitam,
 Atque hic *Kupfero* veneratio multa videtur.
 A quo protegitur, terræ defixus adorat
Bonikius tumuli factus nunc terrea moles.
 Quique *Hamburgenses* nunc ducit Apollo *Camoenas*
 Ad proprium *Hübnerus* tendit subiectio regem,
 Sive genu flectat, manibus sive oscula dentur.
 Sed quos exhibuit Dominis non Lipsia cultus.
 Qui parum honorifici, scindit de pectore sensus,
 Agnato *Riemschneiderus* qui sanguine junctus
 Nunc sanctum inprimis, verbi dum sensa ministrat,
 In Numen *Weistroppensæ* vult mente colonum.
 Imperii verbis docuit meminisse modestis
 Mitior omni oleo *Sophieis* *Olearius* oris.
 Factis laudatur cunctum ad nutumque paratis
 Factis vox *Schmidius* doctis sparissima mundi.
Weisfiade ad coelum it clementia multa regentis.
Pfeifferum in leges profusa calumnia mordet.
 Majori sese subdit *Königius* arci.
 Mota domi grata laudat discrimina lingua
 Eusebii totus succis *Olearius* unctus.
 Mittit ad externos scriptoque volumine tractus
 Conciliata oris *Güntherus* commoda nostris.
 Præsidet ulterius quod, *Riemschneidere*, veretor.
 Cultumque uberius sperabis frugibus arvom,
 Umbra, quamque foves, Te porro tuebitur arbor.

JOH. GUILIELMUS Schönfelder / Eybenstockio

Misnicus.

Thefis.

Deus ex omnibus terra partibus cognoscendus.

Verfus Barbarus.

Omnis in orbe locus fert deitatis opus.

Pulchrum, non erres, totum si dicere campum
 Menti orbem lubeat. Multas non affero causas.
 Plus satis una fidem faciet res. Nempe per omnes
 Mundi omnis partes Numen cognoscitur ipsum.
 Cognitione Dei nilque est formosius. Et sic,
Schönfeldere, etiam nobis re nomina praestas.
 Noscere namque Deum discis, quando imbibis artes.
 Notitia ex propriis manifesta est insita sensis,
 Qua patet haud fallax Domini existentia summi,
 Privati in patria dum Te docuere Magistri,
 Auxilium inprimisque operis est *Jentschius* ingens,
 Notitia ex dio longe illustrissima verbo.
 Gera Deum ex vario sistit certissima censu.
 In rebus gratis Numen *Goldnerus* habebat
 Nobilis ex pretio primo lux prima metalli.
Wolffius in duris veneratur coelica sylvis
 Asper, sed monstris tantum laudentibus asper.
 Qua ratione Deus pateat, sit quidque ferendus,
 Lipsia demonstrat. Movet imperfecta caduceæ
 Natura, *Uhsens*. Mortali in pectore que sunt
Müllerus colit in cœli laudanda Monarcha,
Schellius, *Ernestus*, multum & venerabilis *Hardus*.
 Colligit ex rebus primam causamque creatis
Menckiaedes, nova lux *Rechbergiaedesque* docentum,
Ortobio omnipotens, tanta, est, quod corpora fecit,
 Quid sit adorandum, volucres monuere cauentes
Pfeifferum. Varias immensa scientia vulgat
 Sese *Siebero* per formas. Gramina pertot

Justitiam referunt *Ludovico* perdita clades,
 Et jam quem justum veneratur *Pindus*, *Abichto*,
 Regem. *Konigio* nutriverat omnia nimbis
Schulziadeque. Polum tandemque & tartara norunt,
 Dum *Schmidius* cæli & *Cyprianus* sidera, terræ
Güntberusque vident *Oleariadesque* recessus.
 O splendor! Tractus sic, *Schöenfeldere*, venustos
 Non *Cereri* quondam *Sicalæ* jactaverat *Enna*;
Elyfios imo confundis lumine campos.

JOH. DANIEL KIESLING, Graiz. Variscus.

Thesis.

Honores consequuntur, qui senes honorant.

Verfus Barbarus.

Vis ut honoreris, semper canos venereris.

Kiestingi, Phæbus tibi quod, non miror, honores
 Confert. A primis charos coluisse parentes
 Annis Te novi. Inprimis nuncque efficis istud,
 Dum titulum Sophici pensas & jura Magistri.
 Exemplum sequeris venerandi ita namque Parentis,
 Inter doctores qui fulgida portio sanctos
 Annos ante duos fuerat, dum júbila festi,
 Post tria quod dederat coeprum Hæmi secula quartum.
 Sed tu nunc Sophicam sumis cum laude coronam.
 Cultus non fuerit præstantior inque Satores,
 Exprimere in factis quam facta probanda probandis,
 Gigaenti ut similis celebretur filius esse.
 Quin visa imbibitis multa est veneratio Musis,
 Qua matres charæ sunt, qua Patresque coluntur.
 Obsequii causa est primum Erfurtense Lyceum,
 Tam præclari operis prima indulgentia Pindi
Hogelius, justis faciendis prompta voluntas
Kiemrothus, pubem cervix non dura regenti
Fischerus, vilos vix ad nutusque paratus

Heu-

Heuserus, flecens instar se *Lotzius* auræ,
 Sorbilioꝝ propriis & *Weissenbornius* undis.
 Morigerumque etiam reddit *Riedelius* hic Te,
 Ad Mercatorum velut ædem Ecclesia præstat,
 Ut primum accepit, verbum mandata docentis.
 Præstita per varios pietas est Lipsica casus.
 Profectos non vult sperni *Rechebergius* annos
 Ad multam adductus summa cum laude senectam.
 Infantemque etiam, fiat si rursus, honorat
 Dulcis honoratæ cultus splendorque juventæ,
 Jam doctorum habitus censu *Rechebergius* alter.
 Magnificat *Schmidius* conspectos pectore canos,
 Verbo *Oleariade* nunquam contemnitur etas,
 Quæ tremit. Incurvos juvat & fert *Starckius* artus,
 Sive levet baculo, stomacho seu pabula vis sint.
 Sic adeoque pio Sophici præbentur honores.
 Sed non sufficient. Præcepti præmia quarti,
 Tempora quippe avi felicitis longa videbis.

JOH. OSWALD KNAVER, Gera Variificus.

Thesis.

Avari contemnuntur, & periculis expositi sunt.

Versus Barbarus.

Nunquam stat clarus, nec tutus dives avarus.

Nomine significas habitus, *Knauere*, tenaces. *)
 Ergo Tibi quadrant rodentes omnia avari.
 Exemploque probas, tua paulo ubi facta videbo,
 Restrictis vivat quod nil invisus orbi.
 Nomen Schlaizensis *Genitor* placabile templi
 In sordes primum iustas incenderat iras;
 Hartensteinensis cumque hoc ex sanguine Consi
 Profata non avidis fati *Leypoldia mater*.
 Se, detestatur, queis inquinat Euclio, mores

C 3

*) *Rager & Knauer* sive *Knager* / rodens, arrodens. Spaters, Sprachschaz.
 p. 1324. i. e. avarus.

Schlaiza,

Schlaiza, animo primas apto quando ingerit artes
 Laudandus, parvi ut, Phœbus *Naumdorffius* Hæmi.
 Rebus quærendis sic observasque rapaces,
 In conservandis curarum pondere pressos,
 Atque malo, faciant ne sumptus, carcere clausos.
 Oppositum vitium cenfer præstantius esse
 In dispensandis Gera effusissima Musis.
 Prodigus utque sibi noceat, monitore, notabas,
Goldnero Aonii duce primo & Præfide cœtus,
 Casibus alterius tamen hunc prodesse juvandis.
 Si que, Deo, melior, quam sumens, iudice, qui dat,
 Virtuti propius laudandæ accedere constat,
 Causa haud exegit quando, qui munera promit,
 Quam, quos res poscit, durus qui denegat usus,
 Tam celebris Pindi lux altera *Wolffius* inquit.
 Jena admirantum nummos incommoda narrat.
 Hosque unus famam multum violare docebat.
 Iudicio alterius perduntur corpora curis.
 Foedo animos furto constringi tertius urget.
 In primis multis *Hambergerusque* monebat
 Nobilis utilitas, doctarum & gloria rerum,
 Pondera quod terræ hi sint atque infamia porci.
 Lipsiâ sed vitium ex virtute obitante removit.
 Ingenuaque equidem promit jam Pallade Laurum.
 Larga erit ulterius sed post hæc. Enthea sanctæ
 Non parca Eusebies Academia dogmata fundet.
 Et sic thesauros comp lexus pectore, panfa
 Queis Dominus, fueris, vult, munificencia templis.

JOH. AUGUSTUS OLEARIUS, Sanger-
 hufa Thuringus.
 Thesis.

*Similitudines & proverbia docendis rebus & sacris & profanis
 ante alia conducibilia.*

Verfus

Versus Barbarus.

Deficit ambobus, qui vult servire duobus.

Item:

Ulula cum lupis, cum quibus esse cupis.

Sunt proponendis proverbialia commoda rebus,
 Seu Musas poseat tempus proferre profanas,
 Seu Charites verbi visum producere sanctas.
 Mollis discendi hæc ratio sapientibus esse
 Creditur. Ergo tuis, *Oleari*, convenit ista
 Laudibus. Arrides baccis, quas nomine jactas,
 Quippe. In divinis sed fas est ludere formis
 Nunc potius. Populo ducendo ad fidera verbi
 Lumine per tantos annos nam dedita stirps est,
 Magdeburgiacam & qui sic salvaverat Aulam
 Scripturam edit *Avus* magna illustratio totam.
 Erudit in rebus primum sic Porta docendis.
Müllero haud poterat dominis servire duobus
 Hoc loco & *Hartmanno*. Cæcus si ducere cæcum
 Audeat, in foveas *Heidero* decidet. Haud est
 Semita *Bessero* per opes ad lucra salutis.
 Verbere *Schrammiades* mulctat, qui vera loquetur.
 Iram debilitat *Weidnerus* dulcia fatus.
 Jena eadem sequitur. Fructus *Olearius* arbor
 Fert bona non turpes. *Buddens* pectora pandit
 Per verba. Haud caruit fons *Weissenbornius* undis.
Servviades simili reddit, quæ sumpta, medimno.
Dantzius exsiluit, cantans ut tibia posset.
 Non sal desipiens *Hafenmullerus* habetur.
 Helmstadium dat per tectas capienda figuras.
 Cum tenebris non sunt *Schmidio* commercia luci.
 Si cupias contra stimulos obvertere calces,
Hardtus rem fieri censeat non absque periculis.
 Quam ventus moveat quivis, *Bochmerus* arundo
 Non est. Judaicæ dumque aspera climata linguæ
Sprecherus lustrat, favus est in ore leonis.

Lipfica

Lipſica poſtremum doctrina paroemia facta eſt.
 Saxa haud *Güntherus* natis pro panibus offert.
 Lenior utque oleis blandis *Olearius* adſit,
 Pectore non gladios tamen abdit, nonque ſagittas.
 Egregiè at tu ſic, *Oleari*, ad cælica doctus
 Per ſpeculum intuitus dabis inque ænigmate dios.

CHRISTIANVS Gottlieb NITSCHIVS,

Mulcavia Luſatus, Scholæ Gubeneniſis Con-Rector.

Theſis.

*Excitati per liquores generoſiores Spiritus colligendæ & uſur-
 pandæ cruditioni aptiores ſunt & magis accommodati.*

Verſus Barbarus.

Quando bibo vinum, loquitur mea lingua latinum.

Non male res, *Nitſchi*, doctæ præconia tradent.
 Facta Scholæ linguam publi inſinuare latinam
 Inter præcipuos debes pars clara Magiſtros.
 Ebrietasque etiam faciet Te munere dignum;
 Sed non conciliat virtus quam Bacchica vitis,
 Aoniæ cujus ſed caula iafuſio Cyrrhæ.
 Görlitiendiſis erat prima ebullitio Pindi,
Groſſerus dulces ut diſpenſaverat uvas;
Hanſſius ut fuerat porrecti eopia vini;
 Cella haud unius pretii ut madidavit *Hamanum*;
Heinkius utque avido, poſcis quos, exhibet haufſtus;
Müllerique etiam hic ſiſtit Te potio plenum,
 Quod *Schwerdfegeri* calices orique propinant,
 Sobrius haud viſus titubat *Koetſchavius* ex quo,
 Ex quo *Funcciaæ* provenit ſermo diſertus,
 Præſtat ſpiritibus pectus *Theſeusque* reſertum.
 Nobiliore animos recreavit Lipſia ſucco.
 Te jactant operæ aſſidua, *Günthere*, falernis;
 Cæcuba concludit tumidis *Olearius* obbis,
 Inferior non eſt, nota quam quos ſignat Opimi,

Pindi

Pindi inter, *Schmidius*, pincernas gloria, botris,
 Nectareas venienti aperis, *Cypriane*, tabernas.
 Quamque viam sanxit Domini ultima cœna salutis
 Conspicitur *Seligmannus* generatio vitis,
 Qui post hunc aulam salvat cœlique fluentis
 Ad tam saluificos data vis, *Pippingius*, usus.
 Non Witeberga una dotes ratione ministrat.
 Temporis in primis *Ferberus* fuderat horis,
 Quam peragit cursus sol, *Hocheisenius*, alto s,
 Quantum opus, in sero, est, *Schræterus* vespere præbet.
 Hic interruptis vicibus, *Neumanne*, bibebas,
 Non ulla in fausta nunc interruptio vita.
 Continui potus *Wernsdorfferoque* placebant,
 Per seclum orbis adhuc qui continuatio veri,
 Quam rotat egregium temetum tempora, *Nitschi!*
 Gaudeat ædituus *Pater* & *Janckenia mater*
 Görlicii. Faustum præstant hæc pocula natum.

JOH. FRIDERICVS DRECHSELIVS,

Lipſienſis.

Thesis.

*Exsurgit in morbis corporis laborantibus levatio mali,
 quando præſens, de cuius fide gloriari licet, amicus est.*

Versus Barbarus.

Non ullus medicus melior, quam fidus amicus.

Prosatus ex medico celebri, medicusque futurus,

Drechseli, in laudes dandas ex more medentes

Cur non accipias? Sed nunc medicamina scribam,

Ex herbis non quæ miscent, non exque metallis,

A fids ægro sed quæ præbentur amicis.

Ex habitu infirmus prostrato spiritus exit

Scilicet, in vires sensim surgitque recentes,

Si detur, cuius sinceris pectora fidant

Colloquis, vario svasis factoque probatis.

D

Sed

Sed nec defuerint, studium est dnm discere Musas,
 Mundi ex materia cuncti quæ pharmaca fiunt.
 Prodiit ex cameris terræ Tibi docta Minerva,
 Privatis formant curis dum sensa Magistri
 Abstrusos operans sic per rupisque recessus
Moppius ipse latet per concava viscera cryptæ.
Ketnerus fidei fulgens sed colligit aurum,
 Tractatosque tenet gemmarum inventa per agros
Ackermanniades, dum legis fulmina spargunt,
 Dumque Evangelii solantia balsama fundunt,
 Vincolo auditores sicque aut solvantque ligantque,
 Instar aratorum disperso aut semine tingunt.
 Mox ad viventum sine sensu mitteris oras.
 Tecum per segetes sicque & per gramina campi
 Panfophicas dotes decerpens *Mentzius* ibat.
 Sylvas sed lustrat virides *Müllerus* & hortos,
 Arborei vires ut sit fas discere vultus.
Crelliade haud fugiunt, fugiunt haud ulla *Lehmanni*
 Ex queiscunque locis veniant, animalia mentem,
 Seu gressu moveant sua corpora, sive volatu,
 Sive natent, vili seu sint repentia cursu,
 Non rationem habeant, multum ratione præsent.
 Ex lectis tandem rebus sanantia cogit
Rivinus, trito & nunc aufert pulvere morbos,
 Nunc leni mollit cataplasmate vulneris iras,
 Nunc mala depellit liquidis cruciantia guttis.
 Quid dicam ulterius? Spe non fallente futurum
 Non uauum Hippocratem, multumque Machaona sistes.

JOH. AVGVSTVS RIVINVS, Lipsiensis.

Thesis.

*Surgentia ex familia celebri nova ornamenta gloriam stirpis
 jam partam illustriorem faciunt, & magis auctam.*

Versus Barbarus.

Perpetuo lignis crescit crescentibus ignis.

Semper

Semper in augmento stirps florentissima multo est,
Rivine. In Turcas *Proavus* jam dimicat acer,
 Halam post bellum prudens servatque Senator.
 Per doctum laudatur adhuc post funera mundum
 Ob sumpta ex raris amplissima nomina libris,
 Quos confecit, *Avus*, tradit dum Lipsia munus,
 Antiquos in quo vates exponeret Hæmo.
 Quis *Patrem* & *Patruos* non jactat splendor honoris?
 Non tantum Baldus, non tantum Accursius astrum est,
 Quantum qui causas Confusus dijudicat aulæ,
 Nostræ qui causas Confusus considerat urbis
 Fama Scabinorum *Rivinus* luxque Senatus.
 Imo *Parens* veteres medicorum vicerit Argos,
 Hippocrate, & Celfo longe effulgentior ipso,
 Fama libri seu sint, seu pulsus ex corpore morbi.
 Majores utinamque habeat non mortuus annos,
 Vox ex suggestu, voxque inter pulpita Pindi
 Svadæ divinæ spargens, & fulgura linguæ,
 Qua gens verporum Domini mysteria pandit.
 Sed demtum Sobolis reddit nova gloria Patrem,
 Juridica haud pridem vestiverat infula *natum*,
 Gressibus assiduus vestigia fixa legentem.
 Præcipua ararum *Generi* facundia florent.
 Quin *Patru* *Patruo* prognato filia nupta est,
 Virtutum Numen Chariti Venerique Themistos.
 In tantæ augmentum surgis, *Rivineque*, gentis,
 Postquam, quod satis est, mentem implevere *Camœnæ*,
 Historia & linguis excultum sive viderent,
 Seu tua de Phisicis fatiarent pectora *menis*;
 Postquamque in patriæ versatus classibus artis
 Morbos addiscis, cunctasque intelligis herbas,
 Per sophica ad medicas contendens ferta coronas.
 Tamque adeo illustris spes est accessio fortis,
 Non, qua barbarico cadat excellentia verbo,
 Vt ligno adjecto majora incendia fiant,
 Sed, quæ divinis par compellatio factis,
 Semomum ut census grandes novus augeat heros,

JOH. FRIEDERICUS *Freiesleben/ Altenburgensis.*

Thesis,

Contractus frangenti non servandi.

Versus Barbarus.

Qui violare fidem solet, & violetur eidem.

AD libertatem, *Fridrica*, & nomine tendis.
 Libertas igitur cantandis laudibus apta est,
 Qua præstare fide nulla his conventa tenemur,
 Quæis conventa prius fœdis violare placebat.
 A studiis nec res cultis aliena putanda est.
 Pactis incumbis fervens scitisque Themistos.
 Sed manet ex legum integritas contractibus aris.
 Ipse Avus Eusebii quidem dilectio quondam
 Orlamündanis Præsul sacra rexit in oris.
 Sed reliqua adducunt ad jus Te Numina stirpis.
 Quæ non justitiæ *Genitor* munimina præstat,
 Altenburgenses poscat si causa Patronum?
 Brandenſes *Maternus Avus* dum jure colonos
 Continet, haud facti violatio mutua pacti est.
 Hannoveranæ ingens Consul *Leibnitzius* aula
 Fratris multo aviam dilexit amore paternam.
 Quem summam Astræam Werningeroda veretur
 Cognato attingit *Sehmannus* Avunculus offe.
 In Tibi venturas o Numina quanta salutes!
 Sed Te sumtæ etiam studiis ferventibus artes
 In non servantes sistunt non fœdera fidum.
 Sensus insinuant sic privo *Heylandius* usu
Rühlmannus, *Theſius*, studioque & *Pilezius* istos,
 Et cui per patriæ, Phoebus *Wenzelius*, Hæmum
 Non faciens factò promissa haud lædit inulto.
 Respiciturque etiam huc, *Genitor* dum jura ministras
 In patria, & thema dum Jurisprudencia lecta est,
 Hactenus ut visum est cultis valedicere Musis.
 Lipsia præcipue fallenti haud format inermem.
 Nulla impunita est Sophicis offensio multis

Adullero

Mullero. Historico pœnas injuria solvit
Francksenio. Sponſum non ſumit, ſponſaque non dans,
Menckius attento leges dum tradit uterque,
 Poſtque *Oleariden*, *Schacherus* talio præſens,
 Non æquis ſtrepitans & *Klepperbeinius* auſis,
 O fora, præſidium quod non ſpectabitur ex hoc ?
 Non niſi perfidiæ vindex juſtiſſima præſtat.

JOH. CHRISTIANUS DIPPOLTUS, Oſitio

Miſnicus,

Theſis.

Omnium optime diſceſunt, qui res ſuas recte gerunt.

Verſus Barbarus.

Res bene quiſque gerens, lucra ſit inde gerens.

IN Te divitias oculis, *Dipolte*, notamus.

Theſaurus patria urbs miratur nomine grandes. *

A Te quæve etiam *Dippoldiswolda* videtur

Diſta, ex argenti ſurrexit ſtructa fodinis. **

Iple facultatesque etiam per pectora condis.

Sicut opesque haud tam laudanda voce vocanda eſt,

Per quemcunque modum quæ ſit, corraſſio rerum,

Sed perducta ad Te titulis opulencia juſtis,

Sic melius quam Te nullum diſceſcere novi.

Kunadus patrii deus & lux altera *Pindi*

Divinæque ſalus dives *Rehfeldius* ædis

Per recta ad laudem Tecum contendere ſortis

Facta notas primum. More hoc Portenſe Lyceum

Copia mox facta eſt excellens. Otiâ pellit

*Mullerus*que quies placidi hic nunc pura ſepulchri,

Ceſſantesque manus *Hartmannus* duriter urgens,

Beſſerus, quos non tolerat lex, impedit actus.

Heyderus nimiis non lædit commoda curis.

Schrammius haud juſtos fines tetigiſſe veretur,

D 3

Pru-

* Offitium German. *Oſchaz!*

** Vide *Dreſſerum* de Urbibus Germaniæ,

Prudentes laudant, servat qui tempora, *Majum*.
 Non nisi quærendoque loco *Weidnerus* habetur.
 Per cunctos placuit, tractat quos, Lipsia quæstus,
Schellius haud eget ob rus scissum atque *Hardus* aratris.
 Per mercaturam crescit *Müllerus*, ut oprat,
 Exercet calidis *Schmidius* fornacibus artes,
 Indulget culti Musis *Olearius* *Flami*,
 Angelcit, sylvas venans dum *Schützius* intrat.
 Nutritur populo dans jus *Königius* urbis.
 Gnavus ad externas *Bärnerus* navigat oras.
 Ex præda victum *Sieberus* comparat hostis.
Pfeifferus promit, quod opus, de viscere terræ.
Weisus ex captis locupletat piscibus ædes.
 Asservent quæ rem, majores construe cellas,
Dippolte. In sacrisque equidem perit, horrea messi
 Qui majora suæ fecit. Conclavia surgunt
 Sed Tibi vesani non in convivia luxus,
 Sed Domini in laudem, Domini coetusque salutem.

ABRAHAMVS Gottfried Winter / Linda Mißn.

Thesis,

Nix à sole solvitur.

Versus Barbarus.

Quicquid nix velat, solis calor omne revelat.

CVR, *VVintere*, hyemis Tibi nix non filia detur?
 Sicque etiam rerum invenio simulacra tuarum,
 Sole revelantur quod, quæ nive tecta latebant.
 Hactenus egregias, queis stipas pectora, dotes
 Insignis multo candore modestia condit.
 Sed nunc dum radios Phœbus dispergit honorum,
 In lucem, quicquid latuit, procedit apertam.
 Ipse patet *Genitor* sancti salvatio templi,
 Ronnenburgensis virtusque vicaria tractus,
 Quando operis Præsul sacris non sufficit ipse.

Quæ

Quæ privi, monstrant sese, posuere Magistri.
 Integr, spectantur, quæ Gera in pectora mittit.
Hetscholdus binos velat non pauca per annos.
 Tegmine non furvo quamplurima *VVolffius* abdit
 Non pede calcatum velum, & qui primus Apollo,
Goldnerus Zephyri toga nondum experta tepores.
 Altenburgenses occultant plura Camcenæ,
Sternius obtundens radiante albedine visus,
 In sex distinctus, qua partes, *Friesus* oras,
VWenzeliusque cadens moderato frigore cœli.
 Detegit abstrusas sensim res Lipsia. Ponto
 Id solis præstant primum egredientis & instar
 Qui Logici physicique poli splendentia publi
 Et Suadæ, & morum sanctorum lumina fundunt,
 Fulgensque imprimis privato *Berndtius* usu
 Exurgens nuper doctrinæ ad fulgura sanctæ,
 In media Eusebii tradentes dogmata Zona,
 Seu sonitu ex tectis resolutas mittere guttas
Pfeifferum capimus, *Güntherum* sive solutis
 Lambendo massis sibi collegisse palades;
 Sie *Phœbumque* etiam, dum dispertivit honores,
 Non parvum spatium denudavisse per agros.
 Hæcque ex hyberno sumuntur munera vultu.
 A cuncto immunes siccæ, quo, tegmine terræ
 Ad varios crescent non parvo in scœnore fructus,
 Sed vernum, æstivumque ferent, qui sancta, calorem
 Munera sufficient propensa mente Patroni.

PAVLVS Schober/ Vratislavia Silesius.

Thesis.

Providentia parandis utilitaribus mundi idonea et necessaria.

Versus Barbarus.

Nescit prodesse, qui nescit providus esse.

Rusticus in sortem venturam providet iste,
 Demetit ætatis qui tempore gramina, cœli

Et

Et siccat radiis, cumulis siccataque factis
 Congerit, hyberni inventiant ut pabula menses.
 Per Te, *Paule*, oculis dicti insinuantur acervi,
 Laudo ergo in casus quod Tu circumspicis omnes,
 Quæ nocitura, movens, dans, quæ prodesseque possunt.
 In tales casus patria urbs Te reddidit Argum
 Principio. Ante fuit præstansque hic funera cura
Gryphius; atque illo qui *Kupfenderus* in Hæmo
 Præcipuas præstat nunc circumspectio partes.
 Per lucem maduit *Titius* sudore diurnam
 Causa hac fidereæ fax inter fulgura lucis.
 Fine hoc per noctes somnos *Daschitskyus* arcet
 Qua magis a Phoëbo capit haud, vigilantia, laudes.
 Consilioque viget studiis hoc *Stieffius*, ante,
 Quam solis vel fert currus Aurora propinquos,
 Admittunt tenebras vel glauca crepuscula plenas,
 Lipfiaca quid sit sed prospicientius arte?
 Grædavi in sævas *Menckenius* excubat iras,
 Ne citius terras freudentia spicula lædant,
 Quam vel collectus miles tentoria figat,
 Oppida vel possint hostes depellere vallis.
 Musarum *Schmidium* pax exoptanda fatigat,
 Sedula, ne desint, pubes quas diligit, artes,
 Et ne deficiant, quæ compensare labores
 Ad majus studium stimulareque præmia possunt.
 Ut, qui conveniat, sit, dat *Cyprianus*, amictus
 Naturæ quondam, Eusebies nunc splendida vestis.
 Hæretici insidiis pietas *Olearius* obstat
 Non infecta ullo fūco, haud infecta veneno.
 Qui satietque animam, victum qui corpora pascat
Pfeifferus videt, ambrosiam vel vincere dignus.
 Arens ulterius, *Schobere*, ita congere foenum,
 Fasciculos largæ cumulare ita pergito messis,
 Frigoribusque anni non ullum ita sævier ævum,
 Ipse quod haud possis ferre, haud jumenta que possint.

CHRISTIANVS DAVID SADEWASSER,

Stargardia Pomeranus.

Thesis.

Datur Physiognomia.

Versus Barbarus.

Est facies testis, quales in trinssecus estis.

EX ungue ipse aperis, *Sadewassere*, leonem.
 Non paucos animo cupido delatus ad Hæmos
 Cur non multiplici locupletes pectora Musa?
 Sicque artem accipies, quæ mores sitaque censet
 Ex vultu, natura hominum quo pinxerat ora.
 Ventura haud melior quippe est prædictio sortis,
 Præterita ingenium quam qua fixum actio prodit.
 Mercurii *Genitor* patris præstantia dulcis
 Jam Te designat, fatis aptum esse colendis.
 Indicia observat privata industria mentis
 Nunc Anclamentis vates *Debelius* Hæmi.
 Multa in Gymnasio Stargardia iudicat. Infert
Zieroldo species animum formosa decentem.
 Mors *Schmidio* fuerat digressa ex carne rubedo.
Stagmanno foedus deformia sensa gerebat.
 Mecklenburgiacum lassat par cura Rosetum.
 Pindi oculos oculus lustrabat *Fechtius* ipse.
 Displicuit *Grapio* nasus non semper aduncus.
 Angelica est *Engelckiaede* frons integra virtus.
Arndtius abiecit clavis & *Paschius* ægros.
 Lipsia picturis cunctis monstrata recenset.
 Mollem *Oleariades* fatur non mollis uterque.
 Addictum *Schmidius* Veneri & *Cyprianus* habebat.
Schellius atque *Hardtus* decus est & *Abichtius* urbis.
 Fœdos *Pfeifferus* videt & *Boernerus* in aras,
Weissadesque domus rem *Wernerusque* prementes.
 De pretio & quanti facienda ars, dispicit Hala.
 Futilius pleno est nil *WVolfius* asserit ore.

E

Franc-

*Franckius in cœlum levat & Brethauptius istam.
Langius in medio vult atque Antonius esse.
Quidque ajam ulterius? Tibi jam Germania visa est.
Herbipolim, veteremque offert Franconia pagum.
Jenam, Erfurtensem Pindum Thuringia laudat.
Præbet Marburgum, præbet Gissam Hassia. Tacta est
Imo Palatinos arx Eitelberga regentis.
Hæc, conjectores, facies quid, dicite, jactet?
Delphi eritis, docti fore lucem ubi dicitis orbis.*

JOH. Gotthielf Voekerodt / Halâ Saxo.
Thesis.

Prudentes non nisi moribus, consiliis & causa similes querunt.

Versus Barbarus.

Eligit æqualem prudens sibi quisque sodalem.

PROVIDA, Voekerodti, prudentia convenit in Te.
Circumspecti animi mundo omni symbola sistens
In Te namque oculis sal se spectantibus infert,
Quod Te progenuit, mentemque quod Hala polivit.
Non est prudentis vires sed tradere tempus
Nunc cunctas. Sola virtutis pondera prodis
Hac re tu dictæ, simili quod jungitur in Te,
Qui similis. Par namque & par connectit in unum,
Qui sapit. Invisum fecit Tibi Gotha, quod impar
Primum Quæ distant, stipendia publica tollunt
Sicque in Te, donec Brucknerus Palladis artes
Protulit, & geminis Helfeldo Roempius ausis
Quadrans, tam celebris virtus visque æqua Lycei.
Hisque etiam studiis privata aggestio visa est
Vogriades, quem quæ vatem Teschena veretur,
Jam socia Hallensis Michaelis fama que Pindi.
Aptarum post has facta est congressio rerum,
Tractandum ante obitum dum Te Güntherus habebat,

Dum

Dum Tibi *Kestlerus* disconvenientia pellit,
 Et, melli, *Hildbrandus*, cui juncta absinthia crux sunt,
 Commoda quæque haud sunt, donec *VViglebius* aufert,
Richardus, culto & qui par *Laurentius* Hamo,
 Præcipaque *Sator*, Musis qui dignus Apollo.
 Mox Hala in cœptis pergit. Nam mollia molli,
 Quæ quarit, turbæ *Breithauptius* efficit esse.
 Colligit ad duras, quæ dura, *Antonius* oras.
 Est calidis calida non asper *Franckius* aura.
Schneiderus multum frigansque horrentibus horret.
 Hebraicus placuit quin & *Michaelis* Ebræis,
 Calvusque hirsutis studio non *Kablius* isto,
 Historiæ & puteo historico *Ludovicus* abyssus.
 Postremum complevit opus Philurea, quod urges.
 Hæctor *Starckiades* miscetur fortis Achilli,
Sebellius insinuat se cantu *Hardusque* canenti.
 Bacca oleis præstans *Olearius* estque Minervæ.
 Quidque erit ulterius? *Vockrodti*, aut omina fallunt,
 Aut cumulis venies doctissima portio doctis.

JOH. SAMUEL PLOEDNER, Salfelda-Thuringus.

Thesis.

*Bonis parandis in re familiari per πολυπραγμοσύνην non fru-
 Etuose incumbitur.*

Versus Barbarus.

*Semper egenus eris, si semper plus Tibi queris,
 Quam contentus eris, tum dives efficeris.*

Ploednere, in scriptum monitum peccare videris.
 Sedibus in multis dilectas colligis artes
 Contenta haud uno mutatus mente Lyceo
 Assidue! Et quæ non incongrua copia fertur,
 Si nomen videam? Nam sic aut turgidus esse,

Aut nive commiscere auram perhiberis & imbre; *)
 Ut diversarum fumunt qui pondera rerum,
 In varias turgent distracto pectore curas,
 Quæque decent, sociant non convenientia rebus.
 Sed fallor. Vitio Tibi nil odiosius hoc est.
 Cives in patria *Genitores* sortis honestæ
 Absque malis cumulis transacta negotia pascunt.
 Hicque supervacuis etiam Te demere causis
Reimannum constat, *Moellerum*, cumque *Webero*
Tillifium ante, suis mors quam committeret urnis.
 Tentat idem *Schneierorum*, per frigora, volvit
 Quas schola, perque nives, interrita biga, laborum.
 In Coburgensi *Cyprianus* negligit Hæmo,
 Qui se mille onerant simul & *Gienleinius* orsis.
 Non mundo occiduo *Colero* congruit Eurus.
 Non portum curat, dum *Verportenius* occat,
 Quæque nigra, haud infert tractandis *Schwartzzius* albis.
 Dum Te Jena tenet, templis non Curia quadrat
Müllero. Dum jura docet, morbosque *Gerhardus*
 Non sanat. Sartor non est, dum construit ædes
 Hic *Hambergerus*. Non *Strucius* entia scribit,
 Quam legit Historicos. Habet absque incude *Richardus*
 Libros. Dum saltat, non stringit *Dantzius* enses.
Rusfius haud coquus est, fumi quum iterora verrit.
Foertsepius haud jungit Calvini scita Luthero.
Buddæo accedit pietas non ficta probandæ.
 Lipsia damnat idem. Fine hocque *Olearius* in Te
Güntherusque sacra effundunt. *Menckenius* offert
 Sic Canones, cunctam sic naturamque *Lebmannus*.
Schelliades mōres, linguam formantque disertam
 Non sacra *Müllerus*, *VVernerus* suadaque templi.
 Quas res, *Ploedner*, at sine damno & crimine versas!

Ovis

*) *Ploedner*, quasi turgens vel turgidus. Nam *Modern* hanc significationem habere, vel ex vocabulo *Woderhofen* apparet, qua voce braccia follicantes, seu femoralia ampla dicuntur. Sed & *Modern* miscere significat, confundere, turbare. Unde illud, es *plodert draussen* / id est aer nimbis nivibusque miscetur. Ex utraque ratione elegans similitudo peti potest, qua actiones *πλοδντ ερ γιμνιν* illustrentur.

O Vis materia! numerosa o copia rerum!
 Hecque equidem quondam tenebris iacet obruta fœdis,
 Obrexere suis dum sæcula barbara merdis.
 Induxit pulchri rursus sed lumina vultus
 Post nubes motas Musarum reddita lampas.
 Hacque ante hac fulsit redivivus tempora splendor,
 Hocque vigent ipso radiantia lumina festo,
 Non tamen ex nostris vatis quod&fulmina Musis
 Doctas inque oras penetrantia fulgura spargunt;
 Sed quod in innocuo juvenes res pectore servant,
 Et qui nosse volet, Græco sermone loquuntur,
 Et, qua per Latii, verbis, coiere nitorem,
 Ut cupidam his opibus mentem implere Magistri,
 Antiquâ heroës per pectora Pallade facti,
 Ulteriusque etiam decus hoc spes firma futurum est.
 Nam tardos, quos jam veneramur, funera tollent.
 Surgetque ex nostro post istos gloria cœtu,
 Nondum siniri doctas que siverit oras.
 Parcius interea conatus spargito mæstos,
 Non nisi Teutonicas qui fers discenda per artes,
 Ausoniis mîsces & qui Germanica verbis,
 Gallia quasque suis ex terris, vocibus, affert.
 Non puto pro Græcis pulsis, pulsisque Latinis
 Ex Gallo atque Italo nascens & Teutone, Musis,
 Hybrida terribili monstro quod surget Apollo.
 Idque vetet rerum purarum Numen origo!
 Si tamen obtingant immitia fata per orbem
 Ut, velut occiduum postquam gens barbara vastat
 Imperium, Musas pariter fex fœtida turbat;
 Sic mors doctrine non exoptanda venuste
 Vel Teuto, exitio vel dedica Gallia fiat,
 Non tu Lombardus toleranda voce fereris,
 Barbaricus vel adhuc humano ex viscere fatus,
 In turpes sed queis missa excrementa recessus,
 Vel porcus vel epops, electa & sola voluptas.

MANTISSA

EX

TRANSCENDENTIBUS CATULLIANIS.

Tradere sit sueto fas transcendentia ritu,
 Exempla ut, quæ dent clara, Catullus habet,
 Si, quo finieram causa hac scribenda, placeret,
 Annus dum primus temporis, Ordo, fluit,
 Post septingentos novus est quod transitus annos,
 Ex quo Servator carnea massa fuit;
 Ut sic Neptunus iuvenum jam præmia laudat,
 Ut sic à Phæbo sportula larga data est;
 Ut sic Oeconomum Plauti, ut civilia Flacci,
 Et sic Virgiliti verba diserta capis.
 Sed causa impellit, cur nunc promisso cesset,
 Quæ nunc barbaricum condere iussit epos.
 Mutere sed placeat cur transcendentia prorsus?
 Post messem fuerit spicaque digna legi;
 Facta Poëtarum volucres ut carmina claudunt,
 Natura ut finis sicque, Tibulle, modis.
 Quum Sophica legeres præconia debita pubis,
 Dulce thema, ut sponsum est, nec retinere foret.
 Rem tamen expediam prisca haud ratione canendam;
 Inveniesque aliquid, quod novitatis erit.
 Ex prætermisissis dederam pauca ante Magistris
 Paucis. In cunctos nunc modulator ero.
 Ante hæc, quæ tribui, scripsi sermone soluto.
 Quod me nunc spectas tradere, versus erit.
 Concipienda, metus nec, ne Te tædia lassent,
 Res jam dicta mihi quod repetenda venit.
 Ex bonitate notas meritas me tradere laudes.
 Cur crux sit, si bis, quæ bona, terque feram?

CHRI-

CHRISTIANVS Gotthold LAURENTI,
Wehl. Misn.

Principium cognoscendi.

Principium cognoscendi erat suspendendum in naue Thesei, quum ipse in patriam rediturus esset, velum candidum, ut exinde intelligeret Genitor, Minotaurum occisum a filio esse, victoremque adeo ipsum reverti. Vid. Catulli Epithalamium in nuptias Pelei & Thetidos. v. 213. seqq.

Pincipii Tibi vox, Laurenti, commoda visa est,
Prima inter juvenes fede quod ordo locat.
Sed res apta etiam est. Nam produnt facta, futurus
Quod sis per celebres portio pulchra viros.

JOH. GERHARDVS Stöckhard/

Putzkavia Misnicus.

Malum culpæ, & malum poenæ.

Malum culpæ erat, quod Ariadna Theseus promissas nuptias non præstitit. Sed malum poenæ sentiebat etiam, quod & ipse ex eo, quod non fecerat, quod in mandatis à parente profecturus in Cretam acceperat, occasionem sufficiebat, ex qua se ipse parcens de turri in mare dejecerat. Epith. v. 247, seqq.

Nomine, quæ mala sunt, durus, Stöckharde, coerces,
Carcere nam punis, quos mala culpa premit.
Sed res diversa est, Bona nam virtutis habentem
Quæ pensent rem, Te præmia blanda manent.

Vt igitur malum vel culpæ vel poenæ, ita bonum vel virtutis vel præmii.

JOH. HENRICUS HILDEBRANDUS,

Meserizensis Polonus.

Bonum morale.

Taleque fortitudo est. Laudatur enim ab hac virtute Achilles, quan-
do

do expers terroris dicitur, & hostibus haud tergo, sed forti pectore notus. Epithal. v. 238. 239.

Quos galea, *Hildbrandi*, loricat, diceris heros: *)
Omen ab hoc quantum robore dictus habes?
Militiae studiis Te sanctae ardentibus aptas.
Sicque orbi egregiis actibus Hector eris.

*) *Hildebrand quasi heros galeatorum. Hild enim est, quasi Hild, antiqua usurpatione. Et Breen/ Brien/ seu Brand idem est, ac galea cristata. Vide Spaten's Sprachschatz sub voce Breen / p. 227. & Held. p. 887.*

DANIEL Rosenfeld / Lipsiensis.

Ens reale.

Huc referenda sunt rura, juvenes, vinea, rastrum, gleba, vomer, taurus. Revera enim existunt omnia. vid. Epith. v. 38, 39, 40.

Solo equidem pulchros spiras cognomine flores.
Sed tamen ens dulces credo reale rosas.
Namque artes docto collectas pectore condis.
Quaeque ferēs, fragrans, commoda, campus erunt.

CAROLUS Gottfried Winckler / Lipsiensis.

Finis efficiendus & obtinendus.

Quo Theseo interficere Minotaurum constitutum fuit, finem voco efficiendum. Nam, cum ex patria abiret Theseus, ut monstrum interimeret, nondum existerat mors Minotauri. Epith. v. 228. Sed pellis Colchica erat finis Argonautarum obtinendus, quia alibi jam existerat, quum Argonauta acquirere sibi cum vellet. v. 5.

Mentem ornas Musis, *VWincklere*, ex fratribus unus.
Finisque hinc dictum ens efficiendus erit.
Fama stirps dudum sed splendida fidera pulsat.
Haec, quemque obtineas, gloria finis erit.

CHRI-

CHRISTIANUS HEINRICUS KOEPIUS,

Horburgo Misnicus.

Potentia passiva.

Hæc poterat Prometheus poenam persolvere, antequam sibi restrictus membra catena penderet è verticibus præruptis. Epith. v. 296. 297.

L Abi jam poterit turris, si vertice nutet.

Recte ergo, *Koeppi* dedico posse pati.
Nam nutantem inferis. *) Solo sed nomine nutas,
Non stabili casus mente pericla times.

*) Köppe idem Germanis est, ac nutatio. Auf der Koeppe sitzen der Tisch fürpt.

CHRISTIANVS Gottlieb Meinig / Lipsiensis.

Causa physica & moralis.

Peneos afferens varias arbores, istasque contextas circa sedes late locans vestibuli molli velati fronde causa erat Physica. Sed nuptias celebrantes Peleus & Thetis causa erant moralis, quod non aliter ad hunc effectum producendum concurrerent, quam quia occasionem suppeditaverant, Peneique adeo studia ad solennitatem istam invitaverant. Epith. v. 288. seqq.

Dilecti ante duos annos ut tempora fratris

Sic tua nunc fertis cingit Apollo suis.
Moralem fratrem te causam impellere credo.

Quod capis, at physica tu ratione capis.

JOH. CASPAR Gottschalck / Vratislavia Silesius.

Causa instrumentalis.

*Falsæ est causa instrumentalis attenuata umbræ arboris. Nam in-
fluit in effectum virtute ignobiliore, quam quæ ad producendum cum requiritur. Epithal. v. 41.*

NE mirere, Tibi organicam quod dedico causam,
Gottschalki. Domini nomine servus eris.
 Profatus es cœli atque aræ Genitore ministro.
 Cœli tuque etiam munera mysta feres.

JOH. CHRISTOPHORUS Lehmann/

Gœdav. Misnicus.

Oppositio relativa.

Fuisset hæc inter Thesea & Ariadnam, quando in servitutum Ariadnam Theseus potius in patriam secum abduxisset, quam durum Patrem metuens in insule solitudine depositam deseruit.
Epithol. v. 150. seqq.

Quin ex oppositis unum, *Lehmanue*, fereris,
 Quo nato adversus filius esse solet.
 Nomine barbarico feudum, *Lehmanne*,prehendis.
 Obscurus Domino prædia sicque tenes.

CHRISTIANUS THALMANNUS,

Tenstadiensis.

Finitum & infinitum.

Pro ente infinito ex opinione gentilium habebantur cœlicole. Epith.
v. 386. seqq. Sed Theseus est exemplum entis finiti. v. 228. seq.

EX latere inclusa est monte omnis vallis utroque,
 Finitum cur non nomina sumta velint?
 Prendendas numero sed vix Tibi colligis artes.
 Vix claudenda igitur munera fama feret.

JOH. Gottfried Riemschneider/ Martisburgensis.

Vnum indivisum divisibile.

Vnum indivisum divisibile sunt corolla. Ita enim connexi in istis sunt flores, ut facile divelli iterum possint. Epith. v. 280. seqq.
 Discin-

Discindenda, feras animo haud, quod dantur, inique,
Riemschneiden, Tibi. Scindere lora soles.
 Omen inest etiam. Pastorem Ecclesia poscit,
 Dividit æterni qui bene verba Dei.

JOH. GUILIELMUS Schönfelder / Eybenstockio
 Misnicus.

Perfectio partium & graduum.

Hæc deprehendebatur in felicitate Pelei & Thetidos matrimoniali.
Nam omnes partes aderant. Et in perfectione partium omni
singularis quoque voluptas percipiebatur. Vide descriptionem
in Epith. v. 327. seqq. 335. 379. seqq.

Schönfelder, apta est laudi perfectio dandæ.
 Nam mentem varia perficis arte tuam.
 Plena humus ætatis pars perfectissima frugum est.
 Et tu vel campus nomine talis eris.

JOH. Daniel Kießling / Graiz. Variscus.
 Ens potentiale.

Navis Colchica, quum pinus adhuc in vertice Peliaco existerent,
erat ens potentiale, quoniam actu non quidem existerat, pote-
rat tamen existere, & continebatur in potentia suarum cau-
sarum. Epith. v. 1.

Nomine arena hæret. Quod nuda potentia signat,
 Ens do, non actus, laudibus ergo tuis.
 Nondum es, quod fueris. Fueris sed quando, tot ex Te
 Dona fluent, sabuli grana quot æquor habet.

* Kießling / quasi Kießicht / arenosus.

JOH. OSWALD KNAVER, Gera Variscus.
 Causa univoca & æquivoca.

Pallas construens navem Colchicam fuit causa æquivoca. *Nam*
navis

navis non fuit ejusdem speciei infima cum Pallade. Aegus vero causa fuit univoca. Nam Aegus ejusdem erat speciei infima cum Itheso, tanquam suo effectu. Epith. v. 8. 9. 217. seqq.

A Equivocam num Te causam univocamve vocabo?
Knauern, Haud fallam, si notem utroque modo.
 Univocam dabitur quondam Te gignere prolem.
 Aequivoco effectu nunc Tibi ferta paras.

JOH. AUGUSTUS OLEARIUS, Sanger-
 hula Thuringus.

Potentia obedientialis.

Potentia obedientialis fuit in igne quum solari tum fulmineo, quo in fabula de Phaethonte, & per errores Phaethontis, atque quia equos solis regere non poterat totus mundus incensus est, & incendium istud a Sole extraordinarie immissum per immissa a Jove prater ordinem fulmina extinctum fuit iterum & sedatum. v. 291.

Ordine non posito finita potentia visa est,
 Qua gens florida in hoc haecenus orbe fuit.
 Hic flosque, in voto est, Oleari, ut porro superfit,
 Quodque Deus solus, sic eris, ipse potest.

CHRISTIANVS Gottlieb NITSCHIVS,

Mulcavia Lusatus, Scholae Gubenensis Con-Rector.

Ignorantia pravae dispositionis & pura
 negationis.

Ignorantia pravae dispositionis apparuit in patre Ithesi Aegeo. Pirans enim ex errore, filium interisse, seipsum ex turri in mare projecit. Prava autem dispositionis vocanda haec est ignorantia, quoniam Aegus & intellexit, quinam questionis sensus, & omnibus circumstantiis facti non satis considerate excensus affir-

affirmaverat, quæ neganda erant. *Epith.* v. 237, 245. *In Labyrintho* vero Cretico exemplum existisse existimandum est ignorantia pura negationis. Namque ignorabant, qui in *Labyrinthis* erant, viam ad salutem suam. Hæcque ignorantia ex eo exoriebatur, quia non intelligebatur exitus ex *Labyrintho*, quem per se scire nemo poterat. *Epith.* v. 112. seqq.

Affectata scholæ premit ignorantia pubem,
 Natura, vexat, quæ vitioque nocet.
 Sed scholico monstrum secessu excedito utrumque.
Nitschius exitio quippe utriusque venit.

JOH. FRIDERICVS DRECHSELIVS,
 Lipsiensis.

Finis internus & externus.

Conjugium Thesei erat finis externus in Ariadna. Nam ipsa quidem putabat, istud se consecuturam, Ariadna. Sed votis excidebat. Finis vero internus erant blanditiæ, quibus amorem Thesei captabat & affluebat virgo Cretica. Vid. Epith. v. 140, 141, 116, 96. seqq.

Infirmi externus fertur sanatio finis,
 Istum haud quod medicus, vult ut, habere potest.
 Ut possis medicus sed tu prosperrimus esse,
 Internus studiis fiat ut, opto, tuis.

JOH. AVGVSTVS RIVINVS, Lipsiensis.
 Forma informans & assistens.

Solis forma est informans, ex qua multi calores per tempora menses in terra disperguntur. Nam substantialis est, & per unionem physicam efficit unum per se. Sed navis a gubernate navis est forma assistens. Nam unitur quidem cum nave, & dirigit motum ejus, sed licet sit substantialis, non efficit tamen unum per se cum isto subjecto. v. 37, & 58.

Forma tua, haud ullus dubitet, substantia num sit?
Rivine, assilens visa sed ista mihi.
 Inter sanantes quondam laus maxima dextra
Ægroto assistes namque levante gregi.

JOH. FRIDERICVS Freiesleben / Altenburgensis.
 Ex oppositionibus contradictoria.

Irritum promissum est contradictio in adjecto, Epith. v. 58. 59. Idem enim, ac si dicas, promissum non promissum, quam contradictionem explicitam appellamus.

Cum sis cum tota facies placidissima gente,
 Quare ex oppositis laus data forte roges,
 Nil rixantum aliud, quam contradictio, causa.
 Sed legum has solvent munera sumta Tibi.

JOH. CHRISTIANVS DIPPOLTVS, Offitio
 Misnicus.

Finis cuius & cui.

Finis cui, interfecto à Theseo Minotauro, erant Athenienses. Hos enim volebat Theseus liberare à pœna, qua cogebantur Minotauro quot annis victimas humanas seu juv. num, seu juvenularum mittere. Finis verò cuius erat interfectio Minotauri. Nam per hanc liberabantur Athenienses à malo ipso. Epith. v. 74. seqq.

Vis, ut circumdant Phoebi Te præmia. Finis
 Tam cui, quam cuius sic documenta feres.
 Finis cuius erit nomen titulusque Magistri.
 Quis cui? Dico Deum, Te voco, sitque Parens.

ABRAHAMVS Gottfried Winter / Linda
 Misnicus.

Finis objectivus & formalis.

Finis objectivus Pelei nuptiis sibi jungentis Thetida erat Thetis. Finis formalis verò, ut conjugis amoribus fruere tur. Epith. v. 327. seqq.
 Hæcte-

Hactenus expectasti hyemem, *Wintere*, futuram.
 Finemque objectum formaque signat eum.
 Objectivus erit, quod vexant frigora, tempus.
 Quod fas, formalem nuncupo, honore frui.

PAVLVS SCHOBER, Vratislavia Silesius.

Causa socia.

*Causa socia fuerunt in victima cruenta ab Atheniensibus quot annis
 Cretam missa electi iuvenes & decus inruptarum. Fuerunt enim
 causa materiales ejus victima in eodem ordine. Epith. v. 78. 79.*

Graminibus sociant in te se gramina. Namque
 Congestus foeni nomen acervus habet.
 Nec male de socia causa sic scribimus. In Te
 Visa ars & virtus laus tua namque fuit.

CHRISTIANVS DAVID Sadewasser / Stargar-
 dia Pomeranus.

Causa libera & naturalis.

*Theseus interficiens Minotaurum Creticum causa fuit libera, quod a-
 gebat per potentiam liberam, positisque adeo omnibus ad agen-
 dum requisitis poterat agere, & non agere. Sed quando turbo de-
 jicit quercum in monte Tauro, videtur causa naturalis, quod agit
 per potentiam naturalem, positisque ad agendum omnibus requi-
 sitis non potest non agere. Epith. v. 105. seqq.*

Libera causa oculis non unas ingeris artes.
 Namque aequae, ut facta, haud res fieri ista potest.
 Ex naturali ferme sed dantur honores.
 Namque modo his positis res alio esse nequit.

Johann Gotthelf Voßerodt, Hala Saxo.

Ens per aggregationem.

*Arena est unum per aggregationem. Hujusque recordamur ex v. 17.
 Epithal. quo se Ariadna desertam miseram in sola arena vidit.*

Materia

Materia, ens schola dicenda est, quod congreget ingens.

Et scholici Genitor gloria clara chori est.

Ens ergo ob stirpem, *Vockrodi*, tale vocaris.

Tu plus rerum etiam, quam, sed, arena, capis.

JOH. SAMVEL PLOEDNER,

Salfelda Thuringus.

Simplex & compositum.

*Pro simplici habendum est Numen divinum. Nam nihil indicatur
hac voce aliud, quam divina excellentia. v. 134. Compositi
autem exemplum est Achilles, quando S tergum S pectus in
eo notatur, v. 338. 339.*

Ploednere, ex varia variis componeris arte,
Compositum video hinc, simplicis haudque loco.
Composito simplex equidemque per. entia praestat.
Confectum vacuo vult sed Apollo magis.

* * *

Stent haecque in laudes sic transcendemia vestras,
Anni juvenes robora certa chori.
Nec dicta absque Deo profundere credite venam,
Omen inest, quo nil gratius esse potest.
Nam factis si sit vestris constantia, fama
Quo transcendetis sidera, tempus erit.



99 A 6989

ULB Halle 3
002 824 795


56,

Retra ✓



Inches
 Centimetres
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

B.I.G.

Farbkarte #13



24

istor Barbaricus
 cum mantissa
 nscendentibus Catullianis
Bonarum Artium Magistris
 ACADEMIA LIPSIENSI
 HONORE MAGNIFICO
 REGIO ABICHTIO,
 entium literarum Prof. Publ. Ordinario,
 LLARIO GRAVISSIMO
 IANO FRIDERICO
 ERNERO,
 n & Sacrarum Literarum Prof. Publ. Fac.
 Collegii Collegiato, Academiae Bibliothecario
 tionis Bavaricae Seniore,
 NO SPECTABILI
 NE SCHMIDIO,
 bl. extraordinario, Eloquentiae ordinario,
 D. Virginis Seniore, & alterius Praeposito,
 Ephoro & Academiae Decemviro,
 yerendis & excellentissimis,
 no a condita Univerſitate CCCIII
 Salutis M DCC XII
 e ſolemnitatis ritu renunciatis
 guſtiorum gratulationem carmen
 dicatus
 ERNEſTI, Poef. Prof. Publ.
 eris JOH. ANDR, Schau.

